



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.33. Tarasii obitus. Nicephorus Patriarcha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæculum IX. Alterum Cliffæ Concilium habitum
A.C. 806. est anno octingentesimo tertio duodecima Octobris.

p. 1089.

Cum Adelardo aderant Episcopi duodecim, qui subscripti ferunt, & post eorum singulos, Abbates & Presbyteri ipsis subditi. Adelardus iterum querelas movit, quod Rex Offa, sedente

Sup. n. 6. Jamberto Antecessore suo, multa usurpasset, rursusque, potestate a Leone Papa accepta, Anathema dixit omnibus illis, qui similia attentarent.

Prohibuit, ne Monachi Dominos Laicos sibi eligerent, sed Regulam exacte servarent. Ex subscriptione hujus Concilii visuntur nomina Episcopatum, qui tunc Ecclesiæ Cantuariensi suberant, ea que hodie ita mutata sunt, ut difficulter cognosci possint.

§. XXXIII.

Tarasii Obitus. Nicephorus Patriarcha.

Constantinopoli Tarasius Patriarcha vivis excessit 25. Febr. Indictione decima quarta, nempe anno octingentesimo sexto, postquam hanc Sedem annis viginti & uno & duobus mensibus tenuisset. Quamvis esset senectute & morbo fractus, non tamen omittebat Sanctum Sacrificium offerre, (*) sed tamen bula

Theoph.an.

4. p. 407.

vit.Boll.to.

5. p. 588.

(*) Hier hat unser Protestant schon wiederum die

bula lignea, quæ ante Altare ponebatur, Sæculum IX.
debile corpus sustinebat. Unde dispi- A. C. 806.
cimus, non fuisse licitum ipsi Altari in- *Mart. Rom.*
cumbere. Sepultus est prope Bospho- 25. *Febr.*
rum in Monasterio, quod in Ecclesia o- *Theoph. p.*
mnium Martyrum fundaverat, atque nu- 424. *vit.*
mero Sanctorum adscriptus. Festum *S. Niceph.*
ipsius Constantinoli tempore ejusdem *n. 21. Boll.*
Successoris jam anno octingentesimo *to. 7. p. 298.*
cimo tertio celebrabatur.

Tarasio defuncto, cum Nicephorus
Imperator de eligendo Successore Epis- *vit. Plat. 6. 6.*
coporum, Monachorum & Senatorum
præcipuos atque inter alios S. Platonem
& S. Theodorum Studitam consulueret,
S. Plato suffragium suum scriptum de-
dit; imo solitudinem & stabilitatem Mo-
nachi reclusi violavit, & quemdam Mo-
nachum Imperatoris propinquum noctu
adiit. Sed ejus sententia non placuit. *ep. 16.*
Habemus S. Theodori responsum, in quo
excusat, quod neminem nominet, & Im-
peratorem hortatur, ut in Electione Pa-
triarchæ non Episcoporum solum & Ab-
batum sed etiam Stylitarum & Solita-
riorum inclusorum rationem haberet.

Unde discimus, quod Stylitarum Insti- *Sup. Lib.*
tutum XXIX. §. 8.

Die Worte offrir le Saint Sacrifice, gegeben: das
Heil. Abendmahl austheilen, auf der 474. Seite.
Andere Fehler sind so groß und vielfältig, daß man
die Seite nicht verständlich ist.

Sæculum IX. tutum trecentis quinquaginta annis,
A. C. 806. S. Simeone ejus Auctore extinto, per-
 stiterit.

Theoph.
p. 407.

Sup. Lib.
XLIV. §. 24.

Imperator ad occupandam Sedem Patriarchalem nominavit Nicephorum, olim Antecessoribus suis ab Epistolis, qui communi consensu Clericorum & populi electus est, Platone & Theodoro Studita fortiter repugnantibus, quod dicere, Laicum subito ad Episcopalis dignitatis apicem non esse evehendum. Si ne dubio arbitrabantur, recens hoc factum electioni Tarasii junctum posteris pessimum exemplum futurum esse. Imperator indignatus, esse qui voluntati suæ resisterent, Platonem abstrahi, & diebus viginti quatuor in angusto carcere teneri jussit, quibus elapsis concessit, ut ad suum Monasterium reverteretur. Non nulli etiam Monachi ipso jubente carceri dati, de aliis quæstio habita. Omnes ipse ejicere meditabatur, nisi viri prudentes aliud suassissent; nec enim Imperatorem nec Nicephorum Patriarcham ferendæ invidiae populi pares futuros, si sub auspicio Regiminis Ecclesiastici septingentorum congregatio Monachorum Disciplinam Theodori sequentium pelleretur.

Nicephorus vero in Die Paschatis, duodecima Aprilis anno octingentesimo sexto Patriarcha ordinatur.

Nice-

Nicephorus natus erat Constantino-Sæculum IX.
 poli anno circiter septingentesimo quin- A. C. 806.
 quagesimo octavo, cuius parens Theo-
 doros, Imperatori Constantino Copronymo ab Epistolis, delatus, quod Imagines
 adoraret, idque libere confessus, post mi-Nicephorus
 nas & verbera munere suo privatus & Patriarcha.
 in exilium ejectus est. Iterum revoca-
 tur, novis tormentis tentatur, atque Tra-
 ditioni Ecclesiæ inhærens ab Imperatore
 Niceam relegatus, ibidem fato functus
 est. Eudocia uxor ejus, quæ nunquam
 a latere viri sui avelli passa erat, maxi-
 ma sollicitudine filium Nicephorum nec-
 dum adolescentiæ annos egressum edu-
 cavit, & tandem vitam Monasticam est
 amplexa. Nicephorus eodem Notarii *Att. 2. p. 99.*
 munere, quo olim pater suus, Constanti-
 no & Irene imperantibus, atque etiam
 in septima Synodo functus est.

Is cum sacra Doctrina Religionis
 Scientias profanas, Grammaticam, Rhe-
 toricam, & omnes partes Mathesis atque
 Philosophiæ conjunxerat. Ut negotio-
 rum tumultum effugeret, fundavit Mo-
 nasterium in loco sterili & injucundo,
 quo secedens non tamen Monasticum
 Institutum amplexus est, sed orationi &
 litteris vacans in humilitate & omni vir-
 tutum genere exercebatur. Deinde
 vero jubente Imperatore & Imperatrice
 e solitudine egredi, & magni Hospitii

vit. c. I.

c. 2.

Hist. Eccles. Tom. X. Tt Con-

Sæculum IX. Constantinopolitani curam in se suscipe.
A. C. 806. re compulsus est. Jamque secundo ad
 dilectam solitudinem redierat, cum ab
 Imperatore Nicephoro ad recipiendam
 Dignitatem Patriarchalem evocatur. Il-
 le quidem tantum onus subiit, sed repu-
 gnante animo, & prius habitum Mon-
 asticum induit. Stauratus Imperatoris
 filius, anno octingentesimo tertio mense
 Dec. coronatus, sua manu comam absi-
 dit Patriarchæ, qui omnibus Ordinibus
 per gradus & tandem Sacerdotio initia-
 tus est. Cum consecraretur, manu te-
 nebat librum, quem ad Fidem defenden-
 dam scripserat, eumque finita Cære-
 monia post Altare depositus.

§. XXXIV.

De Rebus Franciæ.

Cap. to. I. In Occidente eodem anno octingentesimo
p. 439. sexto Carolus Imperator ingratulcen-
v. Coint. an. te ætate in conventu Procerum Theo-
806. n. 29 35. donisvillæ Regnum suum divisit in par-
art. 15. tes, in quibus tres Filii sui Carolus, Pipi-
 nus & Ludovicus post obitum suum re-
 gnarent. De Imperio & Ducatu Roma-
 no illi annexo nulla mentio, quia de eo
 decernere Imperatori necdum placebat.
 Sed in primis tres Fratres hortatur, ut
 sequentes exemplum Caroli avi sui, & Pa-
 pini Parentis, junctis viribus Ecclesiam
 S. Petri defendendam in se susciperent,
 jura